



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas

Reding, Augustin

[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.

§. I. In quo statu fuerit Regalia, & quibus nixa sit fundamentis sub prima & secunda Regum Francicorum Dynastia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38717

ricos, aut spirituales causas Curiarum saecularium cognitioni non subijci; sed etiam ijs potius effici, ut spiritualia fecerantur à temporalibus, & illa Ecclesiasticis, ista saecularibus judicanda tribuantur, Curijs Regijs id tantum exquirentibus, an de facto iurisdicção Regia, jus patronatus Laici, & his similia laesa sint, & quaestiones omnes de rebus spiritualibus ad Ecclesiasticos Officiales liberè judicandas remittentibus. Minus esset iniustum Ecclesiae vulnus, si limitibus illis verè circumferberetur Regiorum iudicium examen. Sed praerèquam, quod non magis, imò minus ad laicos, quàm ad Ecclesiasticos pertinet, spiritualia à temporalibus, à sacris profana discernere. Testis est ipse Fevretus, quàm latè perrupti sint aggeres, quos hic commemorat.

79. Adverte autem, quomodò hic Scriptor excurrat. Nam §. *superiori* dixerat, Curias saeculares non se immiscere iudicijs Ecclesiasticis, nisi ubi usurpata fuisset iurisdicção Regia, hic jus patronatus ad laicos pertinens etiam in exemplum adducit materia appellationum ab abusu, quales jus patronatus sit aliquid profanum, ut & ipse loquitur, ad spiritualia nullatenus pertinens, de quo non possit Ecclesia sine injuria iudicium saecularium sententiam ferre. Hic tamen non subsistit, ut in toto ejus tractatus decursu videre est.

80. Paragrapho 4. negat, confundi iurisdictiones, aut Ecclesiasticam à Regia ullo modo imminui, quia appellationes ab abusu induta sunt, inquit, ut sua cuique iurisdictione salva esset. Si is fuit primæ introductionis finis, ex eventu patet, eas contrarium fortitatis esse effectum; ut saepe diximus.

DISQUISITIO XVI.

Quid de Regalia, ejusque extensione videatur sentiendum?

I. Quæ ab alijs Authoribus tantà vi & energia sunt exposita, ut nequidquam videatur ulterius desiderari posse, in ijs præcipue, quæ non tam *Iuris*, quàm *Facti* sunt, manam nostram ijs apponere supervacaneum, & tamen in quantum præsentis nostri instituto conducunt, ea penitus præterire; inconsultum arbitramur. In hoc genere est Regalia, quam Author *Regalis Sacerdotij* tum in hoc opere, tum suà *de Gallia vindicata* dissertatione 1. nec non Author *Responsionis ad dissertationem Patris Natalis Alexandri* tam disertè exposuit, ac examinavit, ut vix occurrat, quod superaddi possit. Quare in hoc unice enitemur, ut Lectorem excitemus ad tantorum virorum labores enucleatiùs expendendos. Nos verò discutiendas hic suscipiemus difficultates sequentes: I. In quo statu fuerit Regalia, & quibus fundamentis nixa sub prima & secunda Regum Francorum Dyna-

stia? 2. Quis Regalia fuerit status sub tertie Dynastie Regibus Christianissimis ante, vel etiam post Concilium Lugdunense? 3. In quem statum reposita sit Regalia per Concilium Lugdunense? Quibus corollarij loco subnectetur; Cujus auctoritatis sit, super Regalia extensione ferre iudicium?

§. I.

In quo statu fuerit Regalia, & quibus nixa sit fundamentis sub prima & secunda Regum Francorum Dynastia.

Regalia, juxta modernum Gallie morem accepta, definiiri potest: *Ius Regium fruendi redditibus Ecclesie vacantis, & conferendi beneficia curam animarum non habentia, quæ ab Episcopo conferri solent, donec novus Episcopus iuramentum fidelitatis Regi præstiterit, institutumque honorum Ecclesiasticorum ab ejus Majestate acceperit, ac Regias litteras Sacramenti sui testes in Rationum Principialium Commentarios referri, sive in Camera Computatorum Registro conferri curaverit, & mandatum ab ipsa impetraverit, quo manum Regiam temporalibus bonis injectam auferri jubeat.* Hæc descriptio explicatur ac examinatur ab Authore *Responsionis ad dissert. Natalis Alexandri De jure Regaliae art. 1. §. 1.* Vnde Author *Gallia vindicata* dissert. 1. §. 1. n. 2. ait: jus Regaliae latè sumptæ consistit ex quatuor juribus, scilicet eligendi, investendi, beneficia vacantia conferendi, percipiendique fructus ac proventus temporales. Cujusmodi proinde Regaliae jus in Francia prætenditur subsistere ex duplici fundamento, nempe *Custodiae*, ac *Fendi*.

FUNDAMENTVM I.

Regalia subsistens ex titulo Custodiae Ecclesiarum.

AD hoc intentum probandum, inducitur 3. Arnulphus Ruzzus in tract. de jure Regalium 1. p. præfat. n. 5. ita differens: *Legimus in Veteri Testamento, quòd Rex Israel electus à Domino, & ministrus, deficiente Sacerdote, plerumque surgebatur ministerio Pontificis etiam ad præficiendos Ministros; ut scriptum est de Davide 1. Paralip. cap. 24. ubi David Rex quatuor Ministros præposuit. Idem de Salomone 3. Regum, cap. 1. Et de Iuda Machabæo in lib. Machab. Et est textus Isidori in Cap. Cleros. 21. dist. Unde, si hoc fiebat in Lege Antiqua, à fortiori licet in Lege Gratia, in qua Reges Francorum Christianissimi Ecclesias Cathedrales tot annuis proventus locupletarunt, & ornamentis decorarunt. Et propterea appellantur Protectores & Defensores Ecclesiarum Cathedralium, ut egregiè dicit Archidiaconus in Cap. Lectis. 63. dist. quòd Reges sunt Patroni Ecclesiarum Cathedralium. Sequitur Baldus in Cap. Quando. De iudicij.*

Quia porro in traditione rei suæ quilibet 4. M m m potest

potest apponere pactum, quod vult, etiam in spiritualibus. *Text. & Gloss. in Cap. Eleutherius. 18. q. 2. & ibi colligit Abbas in Cap. Quanto. Extra. De censibus.* Fortiusque dicit Dominicus in *Cap. Cùm ex eo. in ult. notab. De elect. in 6.* quod Rex fundans Ecclesiam, potest in creatione apponere onus, quod occurrente vacatione, non spectet collatio, nisi ad posteros Gentis & familie suæ.

5. Pro cujus confirmatione facit etiam Glossa in *dist. Cap. Generali. verb. Fundatione. De elect. in 6.* dicens; quod Patronus tempore fundationis potest disponere, ut fructus Ecclesie, quando contigerit, illam vacare, sibi spectent. Et istud tenet Innocentius in *Cap. Quoniam. Ne Prælati vices suas.* Sed collationes sunt in fructu. Glossa in *Cap. Cùm olim. De major. & obed.* Et sic potest Rex, qui est fundator Ecclesiarum Cathedralium Regni sui, apponere illud onus, quod Sede vacante, fructus temporalitatis ad eum spectent, donec provilum fuerit plene de successore. Quam rationem videtur assignare Textus in *disto Cap. Generali. §. Si verò ibi rationis.* Et Glossa in *disto §. Item. Quod dicta quinta pars. Verb. Regaliæ. in titulo. De annatis in pragmat. sanct.*

6. Nec verò opus est, ut Reges in erigendo Ecclesiam, vel illam fundando, expressè referent istud jus conferendi in vim Regalium: quia sufficit, ostendere, quod Rex fuit donator Ecclesie Cathedralis ad consequendum tale jus. Textus in *Cap. Significavit. & ibi Cardinalis & Panormitanus Extra. De testibus.* Et Glossa notabilis in *Cap. Si quis Basilicam. De consecrat. dist. 1.* Allegatur etiam *Cap. Dilectus. 3. De præbendis.* Ubi Rex est fundatus in iure conferendi præbendas, & alia beneficia non habentia curam animarum, ratione donationis sine alia reservatione. Quod ita expressè, & in individuo intelligit Panormitanus in *Cap. Postulasti. col. fin. De iurepatronatus.* Et ratio est, ut Reges & Principes videntes, jura sibi benignè favere, adducantur ferventiùs, & animosiùs ad donationes Ecclesiarum, & ædificationes. Ita Felinus Sandæus in eleganti tractatu; *Quando littere Apostolicæ noceant Patronis Ecclesiarum. in vers. Corroborari potest.*

Responsio.

7. A Vthor Responsionis ad Natâlis Alexandri *dissert. de jure Regaliæ art. 1. §. 3. & n. 19.* hunc in modum respondet, allegando in primis Gelasium 1. *tomo de anathematis vinculo* ita decernentem: *Fuerunt hæc ante adventum Christi, ut quidam figuratè, adhuc tamen in carnalibus actionibus constituti pariter Reges existerent, & pariter sacerdotes, sed cùm ad verum ventum est Regem, eundemque Pontificem, ultra nec Imperator Pontificis sibi nomen imposuit, nec Pontifex Regale fastigium vindicavit.*

8. De Salomone 3. *Reg. 8. ver. 64.* dicitur, quod in die illa sanctificaverit Rex medium atrij,

quod erat ante domum Domini: fecit quoque holocaustum ibi, & sacrificium, & adipe passivum. Num verò hinc concludere fas est, posse Regem in Nova etiam Lege offerre sacrificium, seu consecrare Ecclesiam? Si reponatur, Salomonem non per se, sed per Sacerdotes illa præstitisse, & obtulisse sacrificia; num propterea, inferre licebit, ut quemadmodum præallegati Reges ac Duces Antiqui Fœderis locis supra citatis leguntur præfuisse Ministros Ecclesie, mediatis quibus sacrificia peragerent, sic par in Nova Fœdere sit Regibus Christianis potestas in præficiendis Ecclesie Ministris? At ne in Antiqua quidem Lege Reges solâ autoritate suâ id præstabant, sed conurrebat cum ipsis Ordo Leviticus; uti ex præcato Regum 24. *cap. v. 6.* constat. Ubi sic habetur: *Dejerisique eos Semejas filius Nathanael scriba coram Rege & Principibus, & Sadoe Sacerdos, & Abimelec filio Abjathar, Principium quoque familiarum Sacerdotium, & Leviticarum &c.*

Nec porro ratio illa, quod Francorum Reges Ecclesie cathedrales annuis proventus locupletarint, & ornamentis decorarint, indeque Ecclesie Protectorum ac Defensorum titulum consecuti fuerint, juvat ad pretendendam in omnem Regni Francie Ecclesiam Regaliam, quandoquidem certum sit, plerumque dotem in decimis & oblationibus, aliisque juribus à Regibus non acceptis esse positam, easque ab alijs, quam à supremis Principibus esse fundatas & ornatas.

Quod verò ex Archidiaconi & Balthazari thoriaibus producebatur argumentum, in eo detorqueatur Authorum istorum verba ad sensum æquivocum, quam æquivocationem detegit celebris Canonista Gallicanus Rebuffus in *concord. tit. De Regia ad Prelaturas nominatione, §. 1. verbo Cathedralibus* hæc disserens verba; Reges in Cathedralibus Ecclesijs sunt Patroni, Archidiacono teste in *Cap. Lectis. 63. dist. 1.* Baldo in *prologo Decret. Rex passivus. 2. n. 12. & in Cap. Quanto. in fine. De judicijs.* Quod est verum quoad protectionem Ecclesiarum, & rem ipsarum. *Cap. Principes. & Cap. Res. 23. q. 1.* Sed non ut habeant potestatem eligendi, præsentandi, & nominandi Episcopos & Archiepiscopos in illis *Cap. Nabis. De iure patronatus. Cardinalis in Cap. Imperator. n. dist. Vnde dicit Panormitanus in Cap. Venerabilem. col. pen. n. 20. De elect. quod Imperator est Advocatus & Defensor Ecclesie, non Patronus.* Sequitur Roch. Curtius in *tract. De iurepatron. Verbo in Ecclesia. q. 1. &c.* Vide Meletet in *tract. De elect. fol. 10. Boer. in decis. Burc. q. 32. alia per nos. & q. 46.* nisi eidem expressè concederetur à Papa nominandi facultas, ut hæc; alijs superflua esset hæc concessio, & omnes Principes haberent hanc nominandi potestatem, quod non est verum, nisi expressè concessa fuerit, ut hic patet.

Reliqua ex parte adversa n. 4. illa testimonia probant quidem, potuisse Reges Christianissimos in Ecclesiarum fundationibus

bus, cum Ecclesie consensu, conditiones honestas, quasque vellet, apponere: casque conditiones esse implendas: sed probandum restat: tum quod Rex fuerit dotator cuiusque Ecclesie Cathedralis ad consequendum tale jus: tum quod usufructum omnium Bonorum, & decimas, & oblationes, & collationes beneficiorum pleno jure sibi, dum vacaret Sedes, reservaverit: quorum alterum quoad plerasque Ecclesias falsum est, alterum quoad omnes: Docere debent Principes temporales, inquit Probus q. 4. n. 6. se fore Ecclesiarum Cathedralium, & aliarum fundatores, & constructores, quia si non appareat, nihil est: non enim sunt fundati in presumptione iuris. Neque enim sola fundatio ad jus Regalie, nisi facta sit expressa ejus reservatio, sufficit; uti videtur etiam innuere Durandus in Cap. Generali. verbo Fundatione. Quinimo sufficeret fortan hodie probare, aliquem esse fundatorem Ecclesie, ut ei iurisdictionis vindicaretur: at jus Regalie, cum sit admodum extraordinarium, ex solo fundationis titulo, abique speciali reservatione non probaretur, quia Ruzo sub init. sua presat. in tract. De Regalis. jus Regalium est species excellentior, quam iurisdictionis: eo quod percipit Rex Sede Episcopali vacante id, quod perciperet Episcopus Sede repleta &c.

FUNDAMENTVM II.

Regalia subsistens ex titulo Fevdi.

12. Ruzo 2. par. presat. n. 1. hanc in rem ita disserit. Illud illustre jus Regalium reperio competere Regibus Francorum ratione feudi vacantis: quia mortuo Episcopo, ex quo feudum revertitur ad Principem, ratione homagij, & juramenti fidelitatis, quae praestantur a succedente in dignitatem, ex consequenti omnia beneficia, quae ex feudo dependent, & erecta fuerunt, redeunt ad Regem. Pro ista opinione facit egregia decisio Cardinalis Florentini in consil. 122. incipiente. Quidam habens feudum; ubi absolute censet, quod, si de feudo dotetur beneficium, tunc iurisdictionis quaeratur feudo, & non personae. Igitur in quem transit feudum, transeunt & collationes beneficiorum. Hanc sententiam secutus est Felinus Sandrus in Cap. Cum venerabilis in 12. colum. Extra. De exceptionibus. Hoc deducit late Cardinalis in praescripto loco. Unde dicendum est, in consequentiam feudi vacantis, quod transit in Regem, jus conferendi beneficia data de suo patrimonio & feudo, Sede vacante, sicut transit feudum, cui illud jus adherere videtur. Argum. Legis In rem. S. Siquis rei sua. ff. De rei vindicatione.

13. Secundo facit, quia ex quo Rex est fundatus in jure dictorum Regalium in certa parte, videlicet in perceptione temporalitatis Sede vacante, reputatur fundatus in universo quoad collationes beneficiorum, quae sunt in fructu, & connumerantur inter majores fructus Praelaturae. Glossa in Cap. Cum olim. De

major r. & obed. Ita formaliter Ioannes Andreas in regula. Quod alicui. De regulis iuris. in 6. ubi dicit, sufficere, quod is sit fundatus in certa specie iuris, ad fundandum jus suum in universo, suffragaturque Abbas in Cap. 1. Extrav. De religiosis domibus. Ad stipulatur etiam Probus in Opere de jure Regalium q. 1. Secunda, inquit, Regaliae species dicitur illa, quae provenit ratione castrorum, terrarum, & domorum a Rege manantium, Ecclesiisque Cathedralibus & Metropolitanis spectantium, & tunc Sede vacante, Rex ratione hujus Regaliae facit fructus suos ex temporalitate provenientes, quodque novus Episcopus Regi homagium fecerit: quod tenetur facere ipse Episcopus, nisi alias ei per Regem illud fuerit remissum. Quod quidem homagium fit, seu praestatur pro sola temporalitate.

Responsio.

14. Auctor Responsionis ad dissert. Natalis Alexandri De jure Regaliae cit. art. 1. § 4. n. 4. hunc in modum respondet. Esto, iurisdictionis beneficiorum ex bonis feodalibus fundatorum ad Dominos feudi pertinere: at tamen in Ecclesiis perique Franciae deficit illi titulus. Et quia Episcopus ex propria dignitate & officio est Ordinarius beneficiorum suae Diocesis collator, non potest Regi Christianissimo ratione Iurisdictionis tribui, nisi collatio (eaque non pleno jure, sed quae Iurisdictioni convenit) beneficiorum ex Regio dominio delatorum, non autem eorum, quorum redditus consistunt ex decimis, oblationibus, aut alijs, quae spiritualia nonnunquam appellantur, vel etiam ex fructibus Bonorum ab alijs, quam a Regibus erogatorum.

15. Nec vero, ex quo Rex est fundatus in certa parte Regaliae, reputatur fundatus in universo, uti convincunt Regum Christianissimorum diplomata, & Senatus Parisiensis arresta, quae Regaliam in aliquibus Ecclesijs, quoad usufructum duntaxat citra collationem beneficiorum, in aliquibus quoad certum tantum reddituum partem, locum habere declarant; uti praeterea Auctor art. 4. §. 31. ostendit. Nec juvat Panormitanus ex parte adversa citatus in Cap. 1. De religiosis domibus, ubi cum notasset, Episcopum uno iurisdictionis ordinariae articulo praescripto, alium praescripsisse censeri, exinde n. 3. & 4. subjungit, Ex dictis Innocentij potest colligi notabilis limitatio ad praedicta. Dicit enim, hunc textum procedere, quando iste locus, de quo erat contentio, erat in Diocesi istius Episcopi, vel saltem non constabat, quod erat in Diocesi alterius, quasi notabiliter sentiat, quod, ubi jus commune fundat intentionem alterius, per exercitium certi articuli probatur possessio universalis iurisdictionis; secus autem, ubi locus pertinet ad alium, quia tunc possessio non extenditur ad articulos non possessos, ut in contrarijs. Hoc tamen limita,

mita, ut notat Innocentius in *Cap. Cum dilectus. De capell. Monach.*

16. Et hæc faciunt ad quæstionem quotidianam. Quidam Laicus longissimo tempore fuit in possessione præsentandi Rectorem in certa Ecclesia, tanquam Patronus, non potest probare se verum Patronum: numquid per exercitium istius juris competentis Patrono probatur quasi possessio totius iurispatronatus, ut sic ex præscriptione istius actus intelligatur præscriptum totum iurispatronatus? Archidiaconus in *Cap. 1. De iurispatronatus lib. 6.* tenet, quod non: unde dicit, difficillimum esse, probare patronatum antiquum, quia per illius actus præsentandi exercitium, solum probatur possessio iuris præsentandi. Sed contrarium & rectius sentit Ioannes Andreas in *Reg. Quod alicui. De regulis iuris. in 6.* Quæ ipsissima nihilominus Andree sententia intelligenda est sub ea cautela, quam ipsemet apposuit concludens, quod exercitium unius actus competentis Patrono, erat possessio Patronatus, quod est regulare, ubi plures actus ab aliquo iure dependent. *Cap. 1. De Relig. domib.* Ex hoc, ex quo reliqui actus non apparent quasi possessi per alium, nec jus commune circa illud ius fundat intentionem alterius; ut ibi dixi super *Glossa penult.* Quandoquidem igitur regula illa, quod fundatus in uno articulo, sit fundatus in universo, locum non habeat, quando articuli huiusmodi vel non sunt fundati in uno iure, vel fiat præsumptio iuris pro alio, quemadmodum in iurispatronatus præsumptio iuris fiat pro Episcopo; idcirco illa regula extendi haud potest ad Regaliam; prout animadvertit etiam Probus q. 26. n. 2. & 3. ius illud (Regaliæ inquit) tanquam odiosum, non est extendendum, utpote à iure communi exorbitans, iurisdictionemque Episcoporum, quam in beneficijs iure ipso communi habent, encrvas &c. Tum præterea, quia jus Regaliæ est extraordinarium à privilegio, consuetudine, aut immemoriali tempore procedens; cum privilegia, consuetudo, & præscriptio extra terminos suos extensionem non patiantur; prout latè probamus in 2. prælud. tract. pension. Et hinc notanter venit animadvertendum in eisdem Probi ex adverso allegatâ sententiâ, quod ibidem dicat, Regem illos duntaxat fructus ratione Regaliæ facere suos, qui proveniunt ex temporalitate, seu ex feudis à Rege ad Ecclesias collatis, sicuti etiam homagium fit, seu præstatur pro solâ temporalitate à Rege scilicet acceptâ. Nequit ergo Rex ex eo nomine sibi vindicare fructus bonorum non feudaliu, nempe decimas, oblationes, ac beneficiorum collationem pleno iure: sed nec potest sibi adsciscere fructus bonorum feudaliu in ijs provincijs, quæ iure scripto reguntur, in quibus scilicet Dominus feudi vacantis fructus suos non facit.

CONCLUSIO.

Regaliæ moderna extensio neque ex titulo custodiæ, neque ex titulo feudi fundatur in Jure.

Explicatur. Hanc enim Regaliæ extensionem nimium excedere tam quoad Ecclesias, quam quoad effectus, luculenter patet, si in præf. §. initio adductâ Regaliæ descriptio conferatur cum ijs, quæ Egidius Magister in Senatu Parisiensi Protopræles traç. *De Regal. cap. 1. in Illustriorum Turisconsultorum traç. tom. 13. par. 2. circa finem* relatus scripserat; notandum est, inquit, duplex esse Regaliorum genus: primum est de bonis temporalibus Ecclesiæ: alterum de spiritualibus. Primum competit Regi in omnibus Ecclesijs Cathedralibus sui Regni citra & ultra Ligerim. Hoc iure utitur Rex primò ratione feudi, omnes enim Episcopi fidem & obsequium ei exhibere tenentur pro temporalibus Ecclesijs, etiamsi amortizata sint, quoniam amortizatio non liberat homines manûs mortuales sunt Ecclesiastici, à præstatione hominij; ut aliàs latius demonstratum est.

Secundò. Rex utitur eo iure ratione Custodiæ Ecclesiæ vacantis, quæ Regi competit iure communi. *Cap. Generali. De elect. in 6.* Idcirco quoties alicujus Cathedralis Ecclesiæ vacatio contingit in hoc Regno, solet Procurator dari Bonis, qui autoritate Regis possideat, donec Episcopus Successor fidem & homagium præstiterit, quod honoris gratia sacramentum fidelitatis appellatur, de quo docebitur in constitutione Regaliorum, que incipit: *Dum Episcopus.* Sicque accipiendum est, quod tradit Baldus in *proximo Distinctum. & in Cap. Quanto. De iudicij.* quod Rex sit Patronus omnium Ecclesiarum Cathedralium sui Regni, quod lanè multos deduxit in errorem, ut notârunt Canonistæ in *Cap. Imperium. 10. dist.* Id intelligendum est de custodia & tuitione tantum, non de collatione beneficiorum. Archidiaconus in *Cap. Leticia. 63. dist.* Panormitanus in *Cap. Venerabilem. De elect.* In eamque rem extat præclara doctaque actio ad Senatum habita à Magistro Matthæo Chartier pro Regalijs, Carolo-manni ultimâ die Januarij anno 1720. &c.

Post relatum Regaliorum constitutionem *Dum Episcopum &c.* Protopræles Egidius in dicto tom. 13. traç. par. 2. circa finem relatus disserit in hæc verba: Hujus constitutionis multa sunt capita notanda. Primum in his verbis: *Vbi Dominus Rex habet Regaliam,* quibus expressè significatur, Regi non competere jus Regaliæ in omnibus Episcopatibus sui Regni, sed tantummodò in nonnullis, ut patet ex constitutione Ludovici XII. promulgatâ anno 1499. cujus hæc sunt verba: *Præterea prohibemus & prohibemus omnibus nostris Officialibus, ne possessionem Archiepiscopatum, Episcopatum, abbatiam, aliorumve beneficiorum, in quibus jus Regaliæ, aut custodia nobis non competit, invadant, sub pena sacrilegij.* Deinde, ex voluminibus Curia, Regulationum

tionum libro, cui inscriptam est: Qui es in caelis. apparet, Regem non habere jus Regaliae in omnibus Episcopatibus sui Regni, cuius libri sequitur forma: Dominus Rex. In provincia Auxitanensi & Arelateni, & per consequens in tota lingua Ocitana nihil habet. Hoc libro satis liquidè confirmatur, quod supra dictum est. Notandum tamen est, ibi agi de Regalia temporalium, non spiritualium, ut his verbis designatur: De Pithavienfi computatum fuit anno 306. Ne autem possit intelligi de Regalia spiritualium, facit, quod addit, Regi non competere jus Regaliae in Episcopatu Madoviensi, Briocensi, Redonensi, qui sunt Britanniae Episcopatus, in quibus notum est, Regem habere jus Regaliae ratione temporalium vacantium, quemadmodum habuerunt Duces Britanniae, antequam Ducatus ad Regis patrimonium redactus esset, certumque est, eorum rationem quotidie iniri apud Curiam rationum Britanniae. Pluribus equidem, sed frivolis profectò exceptionibus nititur Natalis Alexander enervare hoc Aegidij tam luculentum testimonium, quas tamen egregie confutat Author Responsionis ad ejusdem Natalis dissertationem §. 4. à n. 18.

PROBATIO I.

In qua ostenditur, ex titulo custodiae haud probari, Regalia à prime praesertim & secundae Dynastiae Regibus exercitam fuisse.

20. Potissimum ab hoc titulo desumptum argumentum nititur Regum circa electiones Episcopales auctoritate, attributa ipsidem per Concilij Arelateni V. anno 549. celebrati Canonem 10. ubi decernitur: Vt nulli Episcopatum praemij, aut comparatione liceat adipisci, sed cum voluntate Regis, juxta electionem Cleri ac populi. Verùm ex isto Canone patet, non tam electionem, quam hujus placitum Regi fuisse attributum, si tamen verba illa cum voluntate Regis non irrepserint dicto Canoni, quemadmodum Sirmondus testatur, eaque abesse à Codicibus Fossadensi, Bellovacensi, & Filiano. Quicquid verò sit de hoc, Petrus de Marca 2. tom. ad hoc. Cleri Gallicani par. 2. tit. 6. scribit, inventi quidem apud Gregorium Turonensem, Reges aliquando nominasse Episcopos à Clero & populo potestè eligendos, sed hoc ad Regalia nequaquam pertinere.

21. Idem Author lib. 8. de concord. sacerdotij & imperij cap. 18. n. ult. varijs Conciliorum Gallicanorum testimonijs probat, reditus patrimoniorum Ecclesiae vacantis nunquam pertinuisse ad Principes. Huc facit Parisiensis Concilij V. Canon VII. ita se habens: Defuncto Episcopo, Presbytero, vel Diacono, vel quocumque junioris Ordinis Clerico, non per praeceptum (scilicet Regium) neque per iudicem, nec per qualemcumque personam res Ecclesiae vel eorum propriae, quovisque aut testamentum, aut qualemcumque obligationem fecerit, cog-

noscantur, à nullo penitus supra scripta res contingantur, sed ab Archidiacono, vel Clero in omnibus defendentur, & conserventur. Quòd si quis immemor definitionis hujus, temerè aliquid exinde auferre praesumpserit, aut ausu temerario in res ipsas ingressus fuerit, & de dominatione Ecclesiae abstulerit, ut necator pauperum communione privetur.

Adversus hunc Canonem plura, sed frivola movet Natalis Alexander, quae praeterea Author Responsionis ad hujus de Regalijs dissertationem cit. art. 1. §. 4. à n. 4. insigniter confutat, contra eundem Natalem etiam faciunt sextus Concilij Aurelianensis 11. anno 536. & Concilij Regensis in Provincia anno 639. & quae textus Canones, quibus sancitur, ut defuncto Episcopo, vicinus Antistes ad ejus exequias celebrandas accedat, Bona ab ipso relicta inspiciat, deserviat, recenscat, domumque Ecclesiae descriptam idoneis personis custodiendam sub integra diligentia derelinquat: claro sanè argumento, Episcopatum Ecclesiarum fructus, Sede vacante, non transiisse in jus Regium.

Hinc memoratu digna sunt, quae ulterius scribit Apamiensis Episcopus in suo de Regalia tractatu cap. 6. edito Colonia anno 1680. Nempe quòd Injuriosus Turonensis Episcopus, Clothario Regi jubenti, ut omnes Regni sui Ecclesiae tertiam partem redditum fisco solverent, Apostolica libertate restiterit: quòd S. Germanus Parisiensis Episcopus, Segeburtum Regem ob quaedam Ecclesiae Bona, in modica licet quantitate, occupata, excommunicaverit: quòd Childericus Rex Bona Ecclesiae diripiens infausta morte fuerit extinctus: quòd denique Clodovæus II. aliquibus S. Dionysianae Basilicae Bonis diriptis, in amentiam incidit.

Huc intento nostro deservit etiam, quòd Natalis Alexander à praecitato Authore §. 4. n. 32. ac seq. relatus fateatur, quòd prime nempe Merovingianae stirpis Regibus Francicis eatenus fuerit jus custodiae, ac defensionis Ecclesiarum, ut simul tamen compulsus sit, profiteri, quòd jus Regaliae non exercuerint, prout Reges tertiae Dynastiae id exercuerant, claro sanè argumento, custodiam ac defensionem Ecclesiarum non esse legitimum Regaliae titulum, nec solidum praebere hujus contra Concilij Generalis Lugdunensis prohibitionem extendenda fundamentum.

PROBATIO II.

Petita ex vigesimo quinto Canone Concilij Chalcedonenis.

Ita se habet iste Canon: Reditus verò viduae Ecclesiae integros reservari apud Oeconomum ejusdem Ecclesiae, placuit. Hic Canon habetur intertus codici Canonum, quo utebatur Ecclesia Gallicana. Haec disciplina confirmata est in Concilio Aurelianensi II, & in Concilij Hispanis, Valentino & Ilerdensi: fuitque teste Hincmaro epist. 9. ad Episcopos & Praeceptores Provinciae Rhenensis cap. 41. item epist. 29. ad Carolum, Calvum, & alibi, observata in Gallijs. Et

M m m m 3 hinc

hinc non tam miranda, quàm ex proprijs verbis suis coarguenda est Natalis Alexandri responsio, prætendentis, Canonem illum Concilij Chalcedonenfis, etsi Codici Canonum Ecclesiæ Gallicanæ sit insertus, non ideo in Ecclesia Gallicana statim receptum, & constanter observatum videri. Quid ni enim ipsissimis hinc verbis dicatur contineri illius intra Galliam Canonis receptio, per hoc vel maximè patens, quòd insertus fuerit codici Canonum Ecclesiæ Gallicanæ, constanter adeò ex sanctæ Religionis motivo observandus?

26. Replicat equidem Natalis Alexander, præter Oeconomus, qui sub tertia Regum Francicorum familia, Ecclesiarum vacantium Bona servabant, Christianissimos Reges custodia ac defensionis jure illa sub manu sua tenuisse, donec Episcopus electus esset, cui illa concederet, à quibus Oeconomus illos, quorum non erat autoritas tanta, ut invasorem Bonorum Ecclesiæ cohiberent, suâ fulstore potestate, ac tuitione, atque hoc nomine fructus vacationis tempore provenientes percipisse, aut certè percipere potuisse, &c.

27. Verùm ipsissima hæc replicatio causæ infirmitatem nimis apertè prodit; veluti Author præactæ responsionis expendit, an advertens, à Natali Alexandro suo ibi distingui genera custodia un; quarum altera proxima erat, & immediata, pertinens ad Oeconomos Ecclesiarum, de qua is Natalis pergebat scribere: Oeconomus servasse Bona, ut eorum distractionem, vacante Sede, prohiberent, ac invigilarent, ne à viris potentibus occuparentur, chartæque, ac documenta donationum, & comparationum &c. diligenter conservasse, greges, servos, suppellectilem omnem cum sacram, tum profanam, Ecclesiæ insaurum, annonam ad Clericorum, viduarum, ac pauperum alimenta congregatam, custodisse. Altera custodia erat extrinseca tantùm & remota, ac Principum propria, quorum, dicto Natali teste, partes erant, ut quoniam Oeconomorum non erat autoritas tanta, per quam invasores Ecclesiæ cohiberent, illos suâ fulstore potestate, ac tuitione. Hæc igitur, licet ita se haberent, si æquè pensarentur ratione, admirationeni justissimam relinquerent, quomodo ex hoc præciso custodia, quibusvis etiam subditis debitæ, titulo fas fuisset Regibus, vacantis Ecclesiæ fructus sibi vendicare? Quomodo enim non majus hinc Ecclesiæ dispendium paterentur, quàm æstimari posset illud de Bonis Ecclesiæ diripiendis remotum, imò nullum periculum, quamdiu Reges publicæ securitati, uti debent, consultum vellent?

28. Num fortassis tanti pensandum videtur periculum illud, quod in Concilij Troslejani can. 14. hisce verbis describitur: Quia inter nostros hic pessimus inolevit mos, ut defuncto Ecclesiæ Episcopo, non à quibusvisque potentioribus pervadantur res Ecclesiasticæ, quasi Episcopi fuerint propria, cum etiam si ejus essent, contra jus omne id fieret: hoc tam immane sacrilegum facinus, & jam sæpius factum dolemus, & ne ulterius à quolibet præsumatur, autoritate Dei & Sanctorum

ejus, qui cum illo regnant in celo, nostro etiam Episcopali ministerio &c. interdiciamus? Verùm ad hoc periculum declinandum, non ex religio ad Regiam custodiam (cujus quidem ne apicis in eo Canone sit mentio) tantum Ecclesiarum dispendium inferente, sed ex ipsiusmet Episcopalis autoritatis remedio prospectum fuit; veluti insuper ex alijs ibidem allegatis Canonibus patet, quorum unus, illic undecimus in Concilio Valentino editus ita se habet: Hoc etiam placuit, ut Episcopo ab hoc seculo, inter te Domino, accersito, Clerici ab omni suppellectili, vel quacunque sunt in domo Ecclesiæ, vel Episcopi, in libris, in speciebus, utensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re, vacantes manus abstineant, & nihil latronum more diripiant. Qui nisi Canonum autoritate cohiberi fuerint, omnia, quæ permanserint, Metropolitanis, vel omnium comprovincialium Sacerdotum distractione coacti, in pristinum statum redintegrare cogantur: ut nihil Antistiti, vel Dispensatori futuro necessarium, ab hac justa constitutione decedat. Quod ut confidentius justitia manente servetur, secundum Regens Synodi constituta, Episcopo à corpore recedente, vicinior illi accedat Episcopus, qui ex more, exequijs celebratis, statim Ecclesiæ ibi curam administrasse gerat &c. An non igitur ex hujus Canonis verbis liquidissimè evadit, custodiam Ecclesiæ Episcopalis vacantis fuisse demandatam viciniore Episcopo? Quomodo autem mos ille pessimus in Episcoporum defunctorum spolijs diripiendis invalere potuisset, si Ecclesiarum vacantium custodia, sub tanto præteritum proventuum impediens, incubuisset Regiæ Coronæ?

Unum coronidis loco dignissimum est, ut hic adducatur, Formosi scilicet Papæ pro Ecclesia Rhemenfi Rescriptum à Florentio lib. 4. hist. Rhem. cap. 4. relatum sub hoc tenore: Sancimus insuper autoritate B. Petri, ut nemo Regum, nullus Antistitum, nemo quilibet Christianus, decedente Rhemorum Episcopo, ipsum Episcopatum, vel res ipsius Ecclesiæ suis competens applicet, neque sub dominio teneat, præter ipsius civitatis Episcopum, & eandem Metropolitanum, non ultra constitutionem Canonicam sine regulis convenienti Pastore manere cogat, neque aliter Episcopum ibidem, nisi ut sacri Canonis jubent, constitui faciat. Hæc equidem, uti cætera, dilucere conatur Natalis Alexander, sed exceptionibus meo judicio adeò imbecillibus, ut indignum arbitret, ijs immorari, remittens lectorem ad ea, quæ præinsinuatus Author in responsion. ad ejusdem Alexandri de jure Regali dissert. art. 2. à §. 4. & 14. speciatim 17. locicè deducit.

PROBATIO III.

Quâ expenditur, in quantum Regalia fundetur in jure Feudali?

Non distitemur, quòd ipsemet etiam Clodovæus Galliarum Rex Ecclesias Regni sui agris fiscalibus dotavit. Sed quæ hinc debebatur Regi recognitio alia, quàm ex tunc sancita Canone 5. Concilij Aurelianensis, ubi sic

sic decernitur: De oblationibus, vel agris, quos Dominus noster Rex Ecclesijs suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus, Deo inspirante, contulerit, ipsorum agrorum, vel Clericorum immunitate concessa, id esse iustissimum deservimus, ut in reparationibus Ecclesiarum, alimonijs Sacerdotum & pauperum, vel redemptionibus captivorum, quicquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur. Num verò dicere fas est, Clodovæum sibi reservasse jus aliquod Feudale, dum tamen prætactus Concilij Aurelianensis Canon testatur, illum Regem agris, quos contulerat Ecclesijs, concessisse immunitatem?

32. Quæ postmodum à Principibus, Arianâ præsertim hæresi infectis, adversus Bona Ecclesiastica fuerant attentata, in exemplum trahere, ac non potius execrari, esset res indignissima. Superasse in hoc malitiæ genere videtur universos Carolus Martellus Dux Francorum, qui redditus Episcopatum, Abbatiarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum concesserat Nobilibus, qui luas facultates in bello adversus Saracenos exhaulerant: sed hanc Bonorum Ecclesiasticorum direptionem relariciebat filius ipsius Pippinus, de quo in epist. ab Episcopis provinciarum Rhenensis, & Rothomagensis in Synodo apud Carisiacum congregatis descriptâ, post enarrationem horribilis de Martello ad infernales penas detrulo vilionis ita habetur: Quod cognoscens filius ejus Pippinus, Synodum apud Liptimas congregari letis, cui præfuit cum sancto Bonifacio Legatus apostolicæ Sedis Georgius nomine. Nam & Synodum ipsam habemus & quodcumque de rebus Ecclesiasticis, quod pater suus abstulerat, ut potuit, Ecclesijs reddere procuravit. Et quoniam omnes res Ecclesijs, à quibus ablata erant, restituere propter concertationem, quam cum Walfario Aquitanorum Principe habebat, non prævaluit; precarias fieri exinde ab Episcopis petijt, & nonas ac decimas ad restauraciones rectorum, & de unaquaque casula duodecim denarios ad Ecclesiam, unde res erant beneficiatæ, sicut in libro Capitulum Regium habetur, dari constituit, usque dum ipsæ res ad Ecclesiam revertentur.

33. Hanc restitutionem prosecuti sunt postea Carolus Magnus Nepos, & Ludovicus Pius Pronepos Pippini. Carolus equidem Magnus insignia Regni sui territoria & castra Episcopatibus & Abbatibus contulerat in Feuda sub onere militiæ ex talium feudorum redditibus secundam portionem cuique congruam præstandam; ut constat ex Synodo Suessionensi anno 745. celebratâ, scribitque de iplo Natalis Alexander ad annum 777. quod Sciens, Regnum esse veluti corpus quoddam, & nunc isto, nunc illo incommodo jactari, nisi consilio & fortitudine, velut quibusdam Medicis, sanas accepta tutetur: Episcopos quidem, modo, quo decuit, sibi devinxit. Ordinavit autem per totam Aquitaniam Comites, Abbatesque, nec non alios plurimos, quos Vassos vulgò vocant, ex genere Francorum, quorum prudentia & fortitudine, nullâ caliditate, nullâ vi obviare fuerit tutum, ejusque commisit curam Regni, prout utile judicavit, finium tamen, villarumque Regiarum to-

talem provisionem. Scribit etiam Wilhelmus Malmesburiensis lib. 5. de gestis Regum Anglorum. Carolus Magnus, inquiens, pro contumendâ gentium illorum (id est Germanorum) ferocia, omnes pene terras Ecclesijs contulerat, consiliofissimè perpendens, nolle sacri Ordinis homines tam facile, quàm laicos fidelitatem Domini rejicere. Præterea, si laici rebellarent, illos posse excommunicationis auctoritate, & potentia severitate compefcere.

34. Quod si ergo hoc consilio factum est, ut plurimæ, & copiosissimæ terræ Ecclesijs conferrentur in feudum, num idcirco ex hoc titulo feudali fas est, emolumenta Regia latius extendere, quàm feudi conditiones & prædictiones præferunt: quemadmodum in Germania receptum est, plerique Episcopatus & Abbatias ratione feudorum Regiorum obstringi tum ad debitam eorundem fidelitatis homagio recognitionem, tum ad suam portionem in Regiæ, seu Imperatoris militiæ impendia contribuendam, nequaquam tamen hinc prætendi potest facultas, proventus Regantium Episcopatum, seu Abbatiarum Regium filco addicendi, beneficiaque ac præbendas curæ animarum expertes interim conferendi.

35. Negari equidem haud potest, à posteris Regibus fuisse nonnulla in beneficijs Ecclesiasticis attentata, quæ Natalis Alexander perperam detorquet ad stabilicndæ Regaliæ augmentum, prævalide tamen consutatur ab Authore responsionis præcitatæ art. 3. à §. 5. Nichilominus contra ejusmodi molimina, quantum fieri potuit, se opponere Episcopi; uti probat etiam Canon 18. Concilij Meldensis anno 845. celebrati, quo sancitur, ut præcepta illicita jure beneficiario de rebus Ecclesiasticis facta à vobis (Regia scilicet Majestate) rescindantur, & ut de cætero non fiant, à dignitate vestri Nomini Regi caveatur. Quæ verò fuerint ista Regia præcepta illicita, exponit ejusdem Concilij Canon. 22 ita se habens: Præcepta autem Regalia super precarijs Ecclesiasticis fieri, nec ratio sunt, nec auctoritas quolibet modo permittit. Quoniam præcepta in jure Ecclesiastico firmare, indignum judicet, necesse est; Majestas Regia, nisi ab Ecclesiastico Rectore petantur. Unde liquidò constat, quantâ curâ & sollicitudine fuerit à viris Ecclesiasticis tunc temporis prospectum, ne Regia potestas prætenderetur super Ecclesiasticis juribus.

36. Carolus equidem Magnus in Capitulari 1. cap. 2. per Ludovicum Pium postea renovato, sanxerat, ut Episcoporum electiones fierent à Clero & populo. Attamen hoc immutatum fuisse posterioribus temporibus, constat ex Can. 8. Concilij Meldensis, in quo talis electio permittitur Regi, ita tamen, ut perperam hinc Natalis Alexander evincere contendat, ac si investitura fuisset concessa Regibus, eum tamen ne umbra quidem alicujus ad hoc asserendum argumentum ex ejus Canonis verbis appareat. Cedro denique digna est Ludovici Pij Imperatoris pietas apud Flodoardum lib. 2. hist. Rhenensis cap. 19. Bonorum Ecclesiæ Rhenensis tempore vaca-

PROBATIO III

Quæ expenditur, in quantum fundetur in jure Feudali

Non distinetur, quod ipse dicitur dorus Galliarum Rex Ecclesijs sui agris fiscalibus dotavit. Sed con- bebatur Regi recognoscio alia, cum sancita Canone 1. Concilij Aachen-

vacationis usurpatorum restitutionem facientis cum cunctis impendijs, quæ ex rebus & facultatibus ipsius Ecclesiæ & Episcopatus Rhemensis, Aquis, palatio à Regio peragis & ex solvi solitum fuerat. In elemosynam Matris, & pro remedio anime Domini ac Genitoris nostri, atque cæterorum Prædecessorum nostrorum, qui eundem Episcopatum contra salutem suam aliquamdiu tenuerant, & in suos usus contra Ecclesiasticas regulas res ac facultates Ecclesiæ ipsius expenderant. Et hinc maximo vitio vertendum est Natali Alexandro, quoddam ex nulla solidâ ductus ratione, & ideo ab Authore præinsinuata responsionis art. 3. §. 13. à n. 9. prævalide confutatus, Episcopatum investituræ sibi adsciverit, cum tamen Rex iste Caroli Magni Capitulum de electionibus Episcoporum à Clero & populo faciendis, noscatur confirmasse; uti supra visum est.

36. Sed neque absque magna sui confusione idem Natalis profert *Cap. Hadrianus, & Cap. In Synodo. dist. 63.* relatum Canonem, quali Hadrianus jus investituræ contulisset Carolo Magno, cum ipsemet tamen Natalis fateri compellatur, eam Synodum Romanam, in qua id concessum supponitur, esse fictitiam. Quare fictitio huic Canonis opponitur Canon Synodi VIII. Generalis in *Cap. Hadrianus. 22. ead. dist. 63.* à Gratiano relatus ita se habens: *Promotiones, atque consecrationes Episcoporum concordans prioribus Concilijs, electione ac decreto Episcoporum Collegio fieri, sancta hæc & Univerſalis Synodus definit & statuit, atque jure promulgat, neminem laicorum Principum, vel Potentum semet ingerere electioni vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitanæ, aut cujuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata & incongrua fiat confusio, vel contentio, præsertim, cum nullam in talibus potestatem quemquam Potestaticorum, vel cæterorum laicorum habere conveniat &c.* Ex quibus univèrsis tandem elucet, nullo niti fundamento, illud Gallorum principum, ac si jus Regaliæ esset coævum Coronæ Regiæ, ex quo Christiano characterè insignita fuit.

PROBATIO IV.

Quâ proximè adductum principium confutatur ex Authore *Galliæ vindicatae dissert. 1. §. 5. n. 1.*

37. Quoddam jus Regaliæ sit Regiæ potestati Gallicæ insertum & coævum, cælesti quodam dono datum, passim supponunt Authores Gallicani, estque hæc præcipua (ut cum illo *Galliæ vindicatae* Authore per totam probationem istam loquar) demonstratio, quam editum Regium anno 1673. editum insinuat, & Regij Advocati verbis magnificis, sed veritate vacuis exaggerant. Si equidem Regij per jus illud intelligant facultatem aliquam, & privilegium Galliæ Regibus ab Ecclesiâ concessum, verum est, Regalium jus Regium esse: at non sequitur, hoc jus illimitatum esse, & toto Regno diffusum; cum in Concilio Lugdunensi Ecclesiâ illud restrinxerit, & ijs solam locis concesserit, ubi longâ con-

suetudine receptum fuerat; quo ergo jure, quod Ecclesiâ restringit, ipsi extendunt? Si verò per jus Regium, potestatem aliquam intelligas ab Ecclesiâ independentem, non privilegio, non indulgentiâ datam, sed Coronæ, & Imperio ingentiam, alijsque Regis jurbus similem, qualia sunt, belli, pacis, militiæ, vestigalium jura; negandum omnino est, Regalium jus Regium esse; jus enim percipiendi vacantium Ecclesiarum fructus (saltem si feudales excipias, in provincijs, ubi ex consuetudine post mortem Valli Domino debentur) & præfertur beneficia, & Canonatus conferendi, non ad Regiam, sed Ecclesiasticam dignitatem pertinet, & ideo lupæ Canones & concessionem Ecclesiæ extendi haud potest; quid enim magis ad Ecclesiam pertinet, quam Ecclesiæ Ministros deligere? Ex istorum enim virtute & præstantiâ non minus Ecclesiæ disciplina, quam ex militum delectu victoria pendet: nec minus ablutum est, dicere, Regiæ potestatis officium esse, Sacerdotes, & Ministros Ecclesiæ dare, quam ad Ecclesiasticos pertinere, ut militem conturbant, Duces præficiant, tentoria metentur, aciemque instruant; quod si hoc absurdum, illud multo magis.

Cum verò dicunt, hoc privilegium Coronæ Gallicæ cælestis advenisse, miracula narrant nullibi scripta; & nunquam lecta. Logo ampullam balsamo plenam, & clypeum aureis iijis sparsum, celo demisso esse, Regiæ nulla mentio, & si argumentari na visis, quid non tandem Galli sibi vindicent obtentu cælestis privilegij? Sed ex ijs, quæ supra diximus, vanitas hujus rationis evidenter convincitur; ostendi enim supra, sub primæ & secundæ stemmatis Regibus, nullum Regaliæ vestigium observari, imò neque sub primis Regibus tertij stemmatis, usque in sæculum fere duodecimum, ut testimonio Garberti *epist. 118.* Archiepiscopi Rhemensis monstratum est. Qui ergo fieri potest, Regalium Monarchiæ Gallicæ coævum, & ingentium esse, quæ tanto post tempore, sexcentis videlicet annis à baptizato Clodovæo exorta est?

Rursum jus istud Regaliæ non à solis Galliæ Regibus, sed etiam à Regibus Angliæ, alijsque inferioris lineæ Principibus usurpatum est, videlicet: (vide *Matth. Paris. & Guilielm. Pis. ad annum 1089. Zonar. Tom. 3. Annal. Balsamonem in can. 37. sexta Synodi. Alteserram lib. 3. de Ducib. Gonzal. ad cap. 4. de Offic. Ordinar. Marcam l. 8. cap. 18. & cap. 27. Bolluc. ibid. in annotat. M. de Pamiers de la Regale f. 22.*) Comitibus Britanniæ, Flandriæ, Andegaviæ, Campaniæ, Sabaudia, Toloſæ, Narbonæ; Ducibus etiam Normanniæ, Aquitaniæ, alijsque. Non potuit ergo solus Monarchiæ Gallicæ privilegium esse, quod ad alios æque Principes pertinebat; nec ostendi potest, cur istis minori jure, quam illi competeret; nam si Galli cæleste privilegium obtendunt, obtendent & alij eodem, pari que fundamento; hoc est, obtendent quidem, sed non ostendent. In Concilio Lugdunensi jus Regaliæ ijs tantum locis, ubi usu moleverat, permissum,

permissum, alijs omnibus sublatum est : nec Galli, qui frequentes aderant, & praesertim Philippi Audacis Legati, quidquam oblitere; non ergo credebant, jus istud Coronae Gallicae proprium, & innexum esse, alioquin non ferrent illud violari, restringique, aut saltem repugnarent, & aliquas rationes, ac privilegia opponerent, praesertim caelo lapsa; quis enim credat, sexcentos annos, & in re tanti momenti, Galliam omnem caecam, mutamque fuisse, & tot saeculorum decursu, ne unum quidem tantum hoc privilegium scriptis, aut memoriam commendasse? A quibus ergo moderni illud accipere, antiquitate silentes? Et si jus istud Coronae adunatum est, cur Gallicae tantum, non etiam Hispanicae, Anglicae Lusitanicae, aliisque? Jura enim Regia non tantum uni Coronae, sed omnibus communia sunt. Cur denique jus istud Regium in tot alijs Galliae Provinciis, quae Coronae subiacebant, nunquam exercitum, acceptumque, quod supra ostendimus? Ipse Philippus Pulcher, quamvis Regaliam jus Regium appellaverit, aliquoties testatus est, eam universalem non esse. (Philippus Pulcher in edicto de anno 1302. & 1303.) sed ad aliquas tantum Regni sui Ecclesias pertinere; ut supra vidimus. Ex quibus omnibus nemo non videt, primam illam, praecipuamque Regionum rationem, & cui velut basi ingentem illum Colossum imponunt, plane frivolum esse, vanamque, ut mirum sit, imò indignum tanto Regi decipiendo adhibitam esse.

40. Ex quibus ruit altera quoque Gallicorum praerogativa, ac si jus Regalia neque a Regibus alienari, neque ab alijs praeribi possent, cum pertineat ad jura Coronae, quibus Reges renunciare non possint, adeo, ut ne juramenta quidem valeant, quae hujusmodi alienationibus confirmandis adhibentur; veluti Innocentius III. in Cap. Intellecto. De jurejurando. sanxit.

41. Verum praerogativa Galliae vindicatae Author dicto §. 5. n. 6. reponit sequentia. Sunt equidem aliqua jura Regiae dignitati adeo intima, & innexa, ut deponi non possint, nisi abdicata Majestate; qui enim jure belli, & pacis, indicendi, remittendique tributi, gratias, & supplicia statuendi cederet, non Rex, sed subditus esset, nec suo, sed alieno imperio viveret; & hujusmodi jura non posse alienari, ultro concedimus; sed negamus, Regaliam tale jus esse; quot enim Reges sine hoc jure vivunt, integra tamen, & florente Majestate? An Clodoveus, Pippinus, Carolus Magnus, aliisque usque ad Ludovicum VII. Reges non erant, quia Regalia expertes? Non ergo Regalia ejus naturae jus est, sine quo contemari Majestas non possit. Sunt alia, quae ad Regium jus pertinent, quaeque in causas prophanas alienari non possunt, sed in sacras, praesertim Ecclesias: quae enim in Deum transferuntur, ejusque Divinae gloriae proroganda adhibentur, non alienari, sed ei, cujus alias sunt, reddi censentur: nec hujusmodi donationibus Regna, & aeterna mi-

nuuntur, implentur potius, Deo nunquam ingrato, & semper beneficijs vincente, quod exempla Constantini, Clodovei, Caroli Magni, aliorumque satis ostendunt: Tuum Domine Regnum (inquit i. Paralip. cap. ult. p. 1. s. 1. David) tua victoria, & tu es super omnes Principes, tuae divitiae, & tua est gloria, & tua sunt omnia, & quae de manu tua accepimus, dedimus tibi.

42. Haec ergo, quae Ecclesijs, aliisque pijs causis a Regibus donata sunt, non posse revocari, certa sententia est, & a Gallis admittenda; hi enim antiquos Canones venerari se profiterentur, & illis libertatem suam Gallicanam, velut Basilibus imponunt, ac Canones Concilij VIII. Oecumenici can. 18. ita loquuntur: Placuit huic sanctae & magno Synodo, ut res, vel privilegia, quae Dei Ecclesijs ex longa consuetudine pertinent, sive ab Imperatoribus, sive ab alijs Dei Cultoribus, in scriptis, vel sine scriptis donata, & ab eis per triginta annos possessa sunt, nequaquam quacunque persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta qualibet auferat. Quisquis ergo secularium contra praesentem definitionem egerit, tanquam sacrilegus judicetur, & donec se correxerit, & Ecclesiae propria privilegia restituerit, anathema sit.

43. Idem suis Nepotibus S. Ludovicus in pragmatica sanctione de anno 1268. accuratè enixèque commendat, ejus verba sunt: Item libertatem, Franchisias, immunitates, jura & privilegia per Francorum Reges Praedecessores nostros, Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis Regni nostri concessas, & concessas, innovamus, laudamus, approbamus, & Officiarijs, ac subditis nostris praesentibus & futuris districte praecipiendo mandamus, quatenus omnia, & singula attentè servent &c.

44. Idem sanctus Rex Philippo Audaci filio haec monita teste Join Ville in vita reliquit jam moriturus: Cave, inquit, ne libertates, & privilegia a Majoribus tuis in subditos collata unquam infringas &c. Et plane gloriolus Christianissimus, & Primogenitus Ecclesiae filij titulus hoc ipsum convincit, obstringitque Reges Galliae, privilegijs, aliisque juribus Ecclesias ne exuant, quin potius augeant, dotentque; idque Majorum exemplis, quibus nunquam magis victoriae, opelque abundabant, quam cum in Ecclesias profusi erant; & verò hostes tanti Regis, non amici sunt; qui omnium, quotquot in Gallico diademate fulserunt, pulcherrimam margaritam foedare aggrediuntur, pietatem videlicet ac Religionem Regibus Franciae praecipuam: & perinde, ac si cum Indorum, Persarumque, non Christianissimo Rege agerent, omnia utilitate metiuntur, nullam Ecclesiae & honesti curam. Ergo, ut dicebam, etiam si daremus, Regaliam ad jus Coronae pertinere, non ideo sequeretur, non potuisse illam in Ecclesias privilegio transferri, & ab illis praeribi, praesertim cum Reges Galliae ea die, qua sacro Oleo inunguntur, incinguntque diadema, solenni sacramento se obstringant, Episcopis, & Ecclesijs Canonica privilegia conservandi; at verò, quod privilegium magis Canonicum esse potest, quam quod



quod tot Canonibus, Decretisque Patrum, & præsertim ultimo Lugdunensi Concilio, tam sanctè Ecclesijs assertum, & gravissimis pœnis sancitum est? Regem ergo sacrilegum faciunt potentie obtentu. Cæterum & illud in viris eruditis, quales sunt, qui Regaliam extendunt, mirum est, in re tanti momenti, & Principis animam implicante, tam levi, vanoque argumento niti, ut quod probare oportebat, supponere cogantur: *Non potest, inquit, Rex jura Gallicæ Coronæ alienare, nec Ecclesia ea præscribere.*

§. II.

In quo statu fuerit Regalia sub *tertia* Dynastia seu stirpe Regum Franciæ ante Generale Concilium II. Lugdunense?

45. **R**egaliam jus ex hoc etiam argumento videtur merito suspectum, quod ejus origo perquam obscura, imò indagatu difficilissima sit. Pasquierius lib. 3. *disquisitionum cap. 35. pag. 284.* ait, neminem adhuc se vidisse, qui ejus originem indicaverit. Ipsomet fatetur Natalis Alexander in suis *selectis ad seculum 13. & 14. par. 3. Si quid*, inquit, in historia nostra obscurum est, id inprimis de hæc Regaliæ materiâ prædicandum. Subdit, alios ad Aurelianensè Concilium sub Clodovæo, in quo id privilegium Clerus ipsi concesserit, ejus referre exordia: alios reducere originem Regaliæ ad Romanam sub Hadriano I. Synodum, in qua Pontificem, ut Carolo Magno gratificaretur, potestatem conferendi omnium Episcopatum investituræ, ejus Majestati concessisse. At unius Gratiani fultam testimonio, vel Sigeberti potius commento, ruere fictitiæ istius Synodi historiam.

46. Hanc in rem facit, quod Renatus Chopinus lib. 1. *de sacra politia tit. 7. n. 9.* asseruit. Novum, inquit, putet quispiam, ex Regis tabulis solum, patrijsq; Senatûsconsultis peti hanc à nobis Regaliorum tractationem, nullâ subjunctâ præscarum rerum memoriâ, externâq; disciplinâ, sed meminerimus, Regalia hæc esse, nostratûmque Regum, Senatoriæque placita verius, quàm descriptis initio certæ artis præcepta constituta. Sub qua proinde circa Regaliæ ortum caligine conabimur, ejusdem sub *tertia* saltem Regum Francicorum Dynastia fundamentum aliquod indagare tum ex jure investituræ, tum ex Concilio Lateranensi, ac privilegio Calixti II.

FUNDAMENTUM I.

Pro Regaliâ à *tertia* Dynastia Regibus Christianissimis usurpatâ adduci solitum ex jure investituræ.

47. Natalis Alexander in sua *de jure Regaliæ dissertatione* arbitratur, jus Regaliæ æquiparari investituris, ac aliorum feudorum juribus. At Christianissimos *tertiæ* Dynastiæ

Reges ante Lugdunensè II. Concilium contradicente nemine, exercuisse jura investituræ, constat ex historia. Ferente eadem controversiâ de investituris, earumque solemnitate per baculum & anulum, Sedis Apostolicæ, frequentiumque Synodorum decretis damnatâ, hominiorum etiam ab Episcopis, cæterisque sacris viris præstatione, pro Ecclesiasticis honoribus sub pœna etiam excommunicationis prohibita, cum Henricus Imperator, & Henricus alter Angliæ Rex, & solennis investituræ morem pertinaciter retinerent, & hominia exigenter, Philippum I. Regem Christianissimum Sedis Apostolicæ ac Synodorum decretis gerendo morem, investituræ damnatam solemnitate, hominiorumque exactiorem dimississe, sed à Regalium seu feudorum investiturâ absque annuli & baculi traditione concedendâ non destitisse, eorumque ratione vacantis Episcopatus Bona sub manu sua tenuisse, & administrasse, donec novus Episcopus juramentum fidelitatis præstitisset. Nec id Summo Pontifices improbasse, quia Regem jure suo uti noverant. Id constare ex Ivone Carnotensi Episcopo *epi. 60.* ad Hugonem Lugdunensem Archiepiscopum, & Sedis Apostolicæ Legatum dicit de consecratione Damberti Senonensis Archiepiscopi: *Post Canonicam electionem, inquit, Reges ipsos Apostolicæ auctoritate à consecratione Episcopatum prohibito minime. Legimus enim sanctæ recordationis Summi Pontificis aliquando apud Reges pro electis Ecclesiæ, ut eis ab ipsis Regibus concederentur Episcopatus, ad quos electi erant, intercessisse: aliquando, quæ concessiones Regum nondum consecuti fuerant, supplicationes distulisse, quæ concessio sive facta man, sive nutu, sive lingua, sive virgâ, quâd refert / Cum Reges nihil spirituale se dare intendant, sed tantum aut votis petentium annuere, aut vilis Ecclesiasticæ, & alia Bona exteriora, quæ de mansuetiâ Regum obtinent Ecclesiæ, ipsi electis concedere.*

Responsio.

Author Responsionis ad Natalis Alexandri *de jure Regaliæ dissertationem art. 4. à §. 1.* respondet inprimis probando, jus Regaliæ haud æquiparari investituris, alijsque feudorum juribus, sed ab his differre: tum quod Principes investituram conferentes nihil spirituale se dare contenderent: cum econtra vi Regaliæ beneficia & dignitates curam animarum annexam non habentia, quæ vacante Episcopatu, vacare contingit, non attentio, quod eorum functiones sint spirituales, à Regibus pleno jure conferantur. Tum quod Principes novis Episcopis concederent duntaxat investituram: cum econtra in vi Regaliæ Reges Ecclesiæ vacantis redditus ac fructus, veluti suos donent. Tum quod investituræ fierent duntaxat ratione feudorum, cum econtra Reges vi Regaliæ cæterorum etiam reddituum Ecclesiasticorum fructus, imò & decimarum Episcopatu vacanti competentium sibi vendicent, conferantque beneficia & dig.